

- parte caput eius imprimeretur, altera navis, qua vec-
 5 tus illo erat. Unde hodieque aleatores posito nummo
 opertoque optionem collusoribus ponunt enuntiandi,
 quid putent subesse, caput, aut navem: quod nunc
 6 vulgo corrumpentes *naviam* dicunt. Aedes quoque
 sub clivo Capitolino, in qua pecuniam conditam ha-
 7 bebat, aerarium Saturni hodieque dicitur. Verum
 quia, ut supra diximus, prior illuc Ianus advenerat,
 cum eos post obitum divinis honoribus cumulandos
 censuissent, in sacris omnibus primum locum Iano 10
 detulerunt, usque eo, ut etiam, cum aliis diis sacri-
 ficium fit, dato ture in altaria, Ianus prior nominetur,
 cognomento quoque addito Pater, secundum quod
 noster sic intulit:

Aen.
 8, 357 *Hanc Ianus Pater, hanc Saturnus condidit arcem.* 15 11

- Ac subinde:

Aen.
 8, 358 *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

- Eique, eo quod mire praeteritorum memor, tum etiam
 futuri

Aen.
 7, 45 *Rex arva Latinus et urbes
 Iam senior longa placidas in pace regebat.*

quo regnante Troianos refert in Italiam devenisse,
bell.Cat. quaeritur, quomodo Sallustius dicat: *Cumque his Ab-*
 6, 1 *origines, genus hominum agreste, sine legibus, sine im-*
perio, liberum atque solutum?

- 4 Quidam autem tradunt terris diluvio coopertis pas-
 sim multos diversarum regionum in montibus, ad